

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Hospitalitas h
cum fonte primo

Socrates, cum hospites suos satis tenui
cena suscipere pararet, et amicus
eius hoc ei uituperaret, respondit: Si boni
uiri sunt, equanimiter ferent; si mali,
non curabuntur. Si res tua tibi non
sufficit, tu parcendo fac ut rei sufficiat
tuae.

Seneca.

Socrates cum hospites suos satis tenui
caena suscipere pararet, et amicus
eius vituperaret, respondit: Si boni
uiri sunt, aequanimiter ferent; si mali,
non curabimus. Si res tua tibi non
sufficit, tu parcendo fac, rei ut sufficiat
tuae.

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis
philosophorum*, 11, 2-3 (E. Woelfflin
ed., p.22, ll.10-14).